

II
2487

DE
ANSCHARIIS
 DVOBVS SACRORVM APVD SEPTEN-
 TRIONALES POPVLOS INSTAVRATORIBVS

EX PONIT ALIQUA

S I M V L Q V E

PERILLVSTRES AC GENEROSISSIMOS ILLVSTRIS
 AFRANEI EPHOROS
 CETEROSQUE OMNIS ORDINIS AC DIGNITATIS VIROS

QVI PATROCINANTVR AC FAVENT

AFRANIS MVSIS

AD AVSCVL TANDAS BENEVOLE ORATIONES
 AC DISCEPTATIONES ADOLESCENTVM

MVLTAE SPEI

AD D. XIII ET XVII DECEMBR.

• 1500 XXXXT

INSTITVENDAS

PERREVERENTER AC PERHUMANITER

INVITAT

M. THEOPHILVS GRABENERVS

ILLVSTRIS AFRANEI RECTOR

MISENAE,

IMPRIMEBAT IVSTVS GODOFREDVS LOEVIVS.





Ui, legatos Christi, seruatoris hominum Opt. Max., quamvis longo post intercallo, secuti, coelestis de Christo doctrinae notitiam in gentes diuinae lucis ignaras transfigurunt, magnum et immortale nomen sunt inter eas conseruati. Adelberti certe inter Hungaros, Bohemos, Polonos, et Borussos, Bonifacii inter Prisos, Ansgarii inter plagas Septentrionalis incolas, sancta fuit per multa saecula et venerabilis habita memoria. De Ansgario autem dubia est adhuc, et infinitis paene difficultatibus implicita, narratio, quam, nisi qui ad narrantium verba singula attenderit accuratius, haud extricabit. Mili quidem, uniuersae rei caussas alius expendenti, quid lucis in ista temporum obscuritate affulserit, uenia, queso, detur paucis explicandi.

Ansgarius inueniens duos fuisse, quos *Septentrionalium populorum apostolos* rerum istarum scriptores appellarent, patria, gente, fortuna, temporibus, diversos, studio propagande Christi disciplinae, et successu, praemioque, operae, paene pares. Prior hotum, nobilis in Gallis loco natus, inque Corbeiensi, quam Chodouaci II, Francorum regis, uxor, Bathilde, in agro Piccardorum post medium saeculum septimum fertur instituisse, schola fuerat doctrinae ac ritibus Christianorum immunitus. Fama autem ingenii eius *Ludonicum Pium*, Germanorum Imperatorem, mouit, ut, accutum inde, nouae Scholae Corbeiensi, quam in Germania ad Viadrum extraui curarati, aperiundae, saeculo post natum Christum nono iam feru adulto, abbatis titulo ornatum, praeficeret. Quum autem Haraldus et Ericus, Danicae iuenturis principes, a Regnero fratre regno pusi, ad *Ludonicum Imperatorem*, petendi auxiliu causa, confugissent, idque, nisi Christi sacra cum suis amplexi, ex sacri fontis mysterio initiati, impetrare haud possent, praece ter ceteros Ansgarios hic uisus idoneus est, qui ad expurgandos ritus profanos in *Daniam* mitteretur. Iuit ergo, et ex *Davia in Suediam* perrexit, feliciter successu operaie usus, et cum gloria rei bene gestae in Germaniam reuersus, a *Ludouico Pio* ad Archiepiscopum Hamburgensis dignitatem, et, vastato per *Normanum* Hamburgi, post annum nouem exilium, Bremensis, euctus, denique a *Nicolaio I, P. M.*, legatus Apostolicae sedis in septentrionalibus orbis Europaei regionibus constitutus, Bremae diem sumum a.C. 1000 obiit. Sunt rei ita gestae locupletissimi testes *Io. Teithemius* (a), *Albertus Studensis* (b), *Paulus Langius* (c), cum iisque iungendi *Saxo Grammaticus* (d), *Adamus Bremensis* (e), *Albertus Cranzius* (f). Alter autem Ansgarius, ac priore illo posterior, patre *Leopoldo*, Austrae Marchione, patre *Rieches*, Franconici Ducis filia, ortus, et ab inuente acetate bonis literis, Christique disciplina, Ratisbonae imbutus, *Henrico II, Imperatori*, in primis charab, ad eoque A.C. 1016 Treuerensis Archiepiscopus, *Megingardo* mortuo, creatus, ad A.C. 1027 illi muniri praefuit. Sub muneris huius primordia, iuuenis admodum, manu se strenuum, et militibus, quam Vestalibus uirginibus, aquiuorem, praestitit, destruxitque castella aliquot suuittissima,

Sicco-

(a) in *Chron. Hirsaug.* Tom. I. p. m. 11: *Circa haec, inquit, tempora (1000-1027) monasterium Corbeiense, in Saxonia ordinis nostri primum, inhabitariori corpori, quod S. Ansgarius, ex abbate Corbeiensi in Saxonia Bremensis Archiepiscopus ordinatus, anno Domini octingentesimo uicecento secundo constituit, et iussu Imperatorum, Caroli ac *Ludonicum Pium*, ad Christi fidem *Saxoniam* conuertit.* Conf. ibid. p. 16. et 22.

(b) in *Historiographia edit. Viteberg 1515* pan. 9. b. *Anno Domini DCCCCXLV. Lorhenicus Pius, Caesar inclitus, Hamburgensis ecclesiae desolationem miserans, uenerabilis Ansgario consultus, Bremensem Episcoparum. — Sacerdos itaque Ansgarius sedis anni XVII. Nam antea in Hamburgensi carbedia praefuit anni XVI, qui fuit annus XXXXIII. Hoc regalis munificentiae dono confessor Dei nalle gauis in *Davianum* fessurauit. (Cuidelice secundum) ubi regem *Danorum* Horicu inueniens, Christianum reddidit. Infanta credidit multirudo, cetera. Itaq. c. p. 93. b. Anno Domini circa LXV. Super uixit autem beatus Ansgarius post illam plenam Hamburgi Bremae copulationem anni VIII, sedis anni XXXIII. Obiit ergo anno Domini isto, Indictione XIII, qui est Lorhenuci XXVI, sepultureque est in basilica S. Petri ante altare genitricis Mariae.*

(c) in *Chron. Citzensi* Tom. I. Pistorii p. 760. *Post S. Willehadum effulgit beatissimus Ansgarius, prius praedictus Bremensis ecclesiae Archiepiscopus, tempore *Ludonicum Pium*. His cum esset monachus Corbeiensis, diuino successu spiritu in *Daniam* perrexit, ibidemque per biennium praedicans, omnem populum ad Christum conuertit, et cum regem *Danorum* Uualdo baptizauit. Praedicatus asper et Suedis, quos ut apostolicus docto, genuit.*

(d) *Hist. Dan. libr. X.*

(e) *libr. II. cap. II.*

(f) *Dan. libr. IV. cap. XX. Jgg. Addit. his incerti auctoriis *Chronicon Münicense* in *Meibomii Script. Germ.* Tom. I. p. 556.*

Siccomū cuiusdam astutia usus, prorsus ut heroī sanguinis multum à patre in ipsum esse transplantatum uideretur. Hoc aetatis feruore quum a tyranorum iniuriis sacras curias uindicasset, ad eam augenda comoda maiori diligentia incubuit, et ab illustri *Dano* exoratus, secessit in *Daniam* ut collapsa ibi uitio gentis sacra Christi instauraret. Id quum in *Dania*, *Sueciague*, perfecisset, miraculisque viuā doctrinae Christi illustrasset, consecutus est, ut a Septentrionalibus populis *Angarii* appellaretur, et sepulchrū eius mortui a *Dani*, per cauṣam religionis, frequentaretur. Narrant hæc de eo *Gesta Treuivorum* (g), *Dictiuarus* (h), *Adomus Bremerensis* (i), *Wittedindu* (k), quibus cum quos supra laudau, *Saxo Grammaticus* (l), et *Albertus Cranzius* (m), sunt compendi. A quibus si non caute sati utriusque *Angarii* discrimen est obseruatū, quid mirum, si a *C. Halbnero* (n) nec temporum nota sunt curias animaduersae, et nodi narratūculis his innexā inextricabiles uisi? Hos autem soluerit facile, qui alterum quidem *Angarism* *Ludouici Piis*, alterum *Henrici II*, Imperatorum, aetate floruisse, Bremerensem alterum, alterum Treuirementem, Archiepiscopum fuisse, alterum ad *Danos* et *Suecos*, a communione sacrorum Christi plane alienos, nec diuiniora doctrina unquam imbutos, alterum ad eosdem in superstitiones pristinās relapsos, et in uiam reducendos, missum esse intellexerit. Qui cum *Alberto Stadiensi* (o) *Popponis* res ad Septentrionem gestas ad *Henrici Auxiliis* et *Ottorū* aetatem referunt, aut tertium sibi quendam *Angarium* fingant, necesse est, aut *Henricorum*, Imperatorum, *Haraldorumque Danicorum*, nomine, pluribus communī, se deceptos fareantur. Illud autem explorato constat, praeter duos illos, quos recensuit, sacerdotum Christianorum apud *Danos* et *Suecos* institutores, neminem ex iis regionibus nomen *Angarii* in Germaniam retulisse, quod mihi quidem immoruerit, commemorari. Nec enim gentilium illud, aut ex sacri fontis mysterio dictum, nomen fuit, sed honoris causa a populis septentrionalibus impostum, quorum quippe sermonē, qui sanctus ac uenerabilis uir princeps dici meretur, *Anger* appellatur (p). Prioris quidem illius *Angarii* quod nomen fuerit proprium, nisi idem *Popponis* fuit, quum relatum legērī nullib; non ausim definire. *Popponis* autem nomen, quod *Angarii* secundi fuit, illustrissimorum circa illud tempus uiuorum

fuisse

(g) cap. XLVII. Anno Dominicae Incarnationis MXVI Poppo Archi Episcopus Treuivorum ordinatur. His, saepius occupans in expeditione et proiectu militum, quendam de S. Paulino tulit de palatio, et LX milium praebendas militis, a beneficium distribuit, Berencastel quendam Adalberton a praedonibus defensum destruxit, aliud quod castellum ciuidam synoni Adalberti, qui dicebatur Scua, ad terram deiecit. Simili modo per alios principes suis multa castella partiuū, partim dolo, cepit. Hic rugatus a Christianum conuerit. Ibi uero repugnantibus chiribecam ferre cancri preecepit, eamque igni. Qua manu sua certa, nec lacra, tuncque panno, cera infuso, ad carnem indutus, fornaceu scandentes intravit, inde panno combusto, illaus exiens, Christianum Dei filium Deum esse uerum, hoc indicio declarauit. Atque his plura cap. XLVIII, XLIX, L, LI, LII, LIII, LIV, LV narrata.

(h) libr. II. In *Dano*, regnante tum *Haraldo*, concencia Christianitas per *Popponem* renouata Presbyterum. Argubat enim idem et regen, et populum, successorem suorum culturae dñe, Diuī daemonibus uacancem, manu affirmans in tribus personis Dene. Interrogatus autem a rege: Si ergo ueller dicta fieri compravaris? paratus est ad hoc hilari respondit animo, cratinque die ferum ingens ponderis benedictum ad locum regi determinatum morti, manumque secum in perterritus eleuavit. Quo nesciaco latus admodum effossi, cum tuis omnibus Christi uigo humiliter se subdidit.

(i) libr. II. cap. II, ubi eadem paulo diuersius verbis narrat.

(k) in Annal. libr. III. p. 659. fgg. Tom. I. Melson.

(l) L.c.

(m) L.c.

(n) Hist. Polit. Tom. III. p. 752, et 872.

(o) in Chren. Stad. p. 109. ubi ad A. C. DCCCCLXXIV. *Huius*, (Ottoris) inquit, temporales Dani sunt ad fidem per *Popponem* quendam conuersi, qui feruum candens et ignitum, in modum chiribecas formarunt, coram populo sine laesione portauit. Quod uidentur rex *Haraldo*, abiecta ratiolaria, cum roto populo ad colendum Deum se conuertit. *Popponem* in Episcopatu promovit.

(p) *Ansi vel Hanii*, teste *Tornando Hær. Gotth. libr. XVII* Gothis præores dicti sunt, nūriq[ue] clari, ac uerat diuinū. *Conf. Henr. Antius in Barri. cap. IX.* p. 137, et 278, et *Petr. Bertius libr. III. Rer. Germ.* cap. IV. *Fr. Iuuini in Gloss. Gotth.* p. 189. *Isaac Pontianus Origg. Franc. libr. II.* Inde Hanseaticae urbes, non quod ad mare sitae, sed quod liberae, principes, et frequentissime habitatae, essent, et sacerdere inter se iunctae. Nam et foedus *Hans* est. Inde *Ensisheim*, urbs quendam princeps Alsatiae, *Ansbach*, *Anbrech*, *Ander*, *Aufzid*, *Antald*, *Ansgerius*, nota nomina, quasi principes turor, clarus princeps, pace clarus, munere clarus, armis clarus. *Gar*, seu *garu*, unde *Germanicum geru*, *gaermen*, seu *gerben*, præparatum, sacramatum, significat. Inde *Garbe-Kammern* concluia templis affecta dicta sunt, in quibus sacra facturi uestes induant, et ad solemne se pomptam parant. Inde *Gardag*, qui et *Gegaerkung-dæg*, dictus, dies *Paracœus*, quoniam uulgas *Karfreydag* appellat. *Conf.* *Ie. Schilterus Thesauri Tom. III. in his vocibus.*

JK Th 2487 x 313 391

fuisse reperio (q), ex Pomponii, vel Papienii, nominum diminuta forma, quod atis quam plurimi ea aetate accidisse video (r), sicutum. Quod qui conieccauerint metus, mei ingenii habebunt laudatorem, in eam sententiam adducrum, quod idonea aliqua ratione illud nomen a Germanicis, Gotthicisque, originibus deduci posse non uideretur. Haec igitur dum disquisierint alii ingeniosius, solidiusque, ego, quo maxime consilio hanc euangelium chartam, aperiam. Sex menses, et amplius, effluxere, ex quo producere in conspectum auditorum ex discipulis aliquos, qui, quae ad horum temporum rationes idonea uiderentur, dicerent, apud animalium constitui. Iustae sunt, quae differre exercitationem hanc cogenerant, caussae. Ne temet intempestiuo sapore oppressus uiderer, ante, quam finiretur annus, ad proximum diem xiii mensis Decembri, hora nona matutina, prodire ad dicendum iussi Ioannem Godofredum Freigium, Lamperswaldensem, qui de interregno Germaniae a Iudeoico Infante usque ad Carolum VI, carmine Latino herlico, Gottlob Schubarthum, Reichenbicensem et Vaniscis, qui de Austria Germaniae principe sermone uernacula prosto, Ioannem Abramum Heinium, Rochlaciensem, qui de Austria per feminas amplificata sermone Latino prosto, Ioannem Augustinum Scana-quin, Vinariensem, qui de Saxonum Principibus imperii orbi uitoribus, carmine Germanico exponeret, Immanuel Gottlob Langbeiniuum, Bornensem, denique, qui pro novo Imperatore feliciter deligendo publice uota nuncuparet. Ad diem autem xvii Decembri Christianus Gottlieb Gebius, Ziegenheimesis, de rebus in curia Lutheranorum A.C. 1545 gestis, oratione Latina prorsus quin dixerit, Gottlieb Fridericus Hildebrand, Dresdensis, et Georgius Gottlob Scindler, Zehrensis, de cornu Weissenburgensis uera origine et fortuna ad illuerandum id, quod postremo a me VId Octobr. 1545 euulgatum est, Progroma, inter se disceptabunt, Christianus autem Godofredus Reichelius, Miseniensis, de incrementis scholarum saeculo xxi faciis, uernacula carmine, ut beneficii Virtutum humani memoriam simul renouet, peroraturus, solemnis exercitationi coronidem imponet. Quorum omnium animi ut et ad dicendum, et ad persequenda literarum studia, accendantur, queso uos, quotquar Afanis Musis fauetis, praesentiumque temporum pericula reuocatis ad animum, perseverenter ac per humaniter, ut diebus, horisque, consti-tutis adscitis frequentes in illustri Afrano, dicturosque beneuole audiatis.

P. P. Misenae Idibus Decembribus 1545.

(q) Commemoratur enim Poppe, Thuringorum dux, in Regionis Chronico p. 66. Tom. I. Pist. Poppe, dux Caroli. l. c. p. 127, Poppe, dux Frisorum, ibid. p. 434. et 527. Poppe, Comes de Henneberg, p. 923, Poppe, Patriarcha Aquileiensis, p. 137; Episcopus Brixiensis, p. 141. Babenbergensis, p. 236, Wurtzburgensis, p. 80. et 448. et ali alibi.

(r) Ita enim ex Godofredus Goseo, ex Adelfredus Adelo, ex Adelbertrus Adzo, ex Corradus Cano, ex Benedictus Benzo, ex Bernardus Beno, ex Bogislaus Bocco factum. Detur autem sacerduli ruditati nema, si nunc Poppe, nunc Bopo, nunc Babo, scriptum legamus passim.



MC.

II
2487

DE

ANSCHARIIS

DYOBUS SACRORVM APVD SEPTEN-
PVLOS INSTAVRATORIBVS

PONIT ALIQUA

SIMVLQVE

AC GENEROSISSIMOS ILLVSTRIS

ANEI EPHOROS

IS ORDINIS AC DIGNITATIS VIROS

PATROCINANTVR AC FAVENT

AFRANIS MVSIS

DAS BENEVOLE ORATIONES

ATIONES ADOLESCENTVM

MVLTAE SPEI

III ET XVII DECEMBR.

• 1000 XXXI

NSTITVENDAS

ERENTER AC PERHVMANITER

INVITAT

ILVS GRABENERVS

TS AFRANEI RECTOR.

MISENAЕ,

CIVITAS GODOFREDVS LOEVIVS.



Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30